

Constitutiones  
Societatis  
S. Francisci Salesii.

Berto Joachim sacerdos hujus Piae Societatis  
socius scripsit — Romae apud Dominum  
Alexandri Sigismundi Die 1 Aprilis  
(Pia Sixtina. n. 104. pl. 47.) 1874.

# Societas

## 1. Francisci Salesii

1.

### Salesianae Societatis Finis.

1. Huc spectat Salesianae Congregationis finis, ut socii simul ad perfectionem Christianamque virtutes, quaeque charitatis opera tum spiritualia, tum corporalia erga adulescentes, praesertim si pauperiores sunt, exercent, et in ipsorum juniorum clericorum educationem inveniunt. Haec autem Societas constat ex Presbyteris, clericis atque laicis.
2. Jesus Christus copit facere et docere, ita etiam socii praeter internas virtutes incipient externarum virtutum exercitio, et scientiarum studio se ipsos perficere; deinde aliis juvenibus strenuam operam dabunt.
3. Primum charitatis exercitium in hoc versabitur, ut pauperiores ac derelicti adulescentuli excipiantur, et sanctam Catholicam religionem doceantur, praesertim vero diebus festis.
4. Cum autem saepe contingat, ut adulescentuli inveniantur adeo derelicti, ut nisi in aliquod hospitium recipiantur, quaequeque cura frustra eis pessimo inveniatur: proinde majori qua licebit sollicitudine, domus aperiantur, in quibus divina operante Providentia, receptaculum, victus et vestimentum eis subministrabuntur. Eodem vero tempore, quo fidei veritatibus instituantur, operam quoque alicui arti navabunt.
5. Quum vero gravissimis periculis subiciantur adulescentes, qui ecclesiastico ministerio initiari cupiunt, maxime curae huius Societati erit eos in pietate et vocatione colere,

qui se studio et pietate specialiter commendabiles ostendant. In adolescentibus autem studiorum causa excipiendis ii praefereantur, qui pauperiores sunt, qui ideo curriculum studiorum alibi nequeunt explere, dummodo aliquam speciem vocationis ad ecclesiasticam militiam praebent.

6. Quum autem necessitas catholicae religionis tutandae gravior etiam urgeat inter Christianos populos, praesertim in jugis, propterea socii strenue adlaborabunt, ut homines, qui potioris vitae amore per statos aliquot dies secedunt, ad pietatem conficiant erigantque; iidem socii curent ut bonos libros in vulgus spargant, omnibusque rationibus utantur, quae a sedula charitate proficiuntur; verbis denique et scriptis impietati adversentur, et haeresi, quae omnino tentat, ut in rudes ac idiotas pervadat. Nec spectent sacrae conciones, quae identidem habentur; hinc triduanas et novendiales supplicationes; hinc denum bonorum librorum divulgatio!

## II.

### Hujus Societatis forma.

1. Socii omnes vitam communem agunt, nec fraternali charitatis votorumque simplicium vinculo constricti, quod eos ita constringit, ut unum eor, unamque animam efficiant ad Deum amandum, ei que serviendum virtute obedientiae paupertatis, castitatis et accurata Christiana vivendi ratione.
- 2.<sup>o</sup> Clerici et Presbyteri, etiam postquam vota emiserint, patrimonium vel simplicia beneficia retinere poterunt non autem ea administrare, neque eorum fructibus perferri nisi ad Rectoris voluntatem.

3. Administratio patrimoniorum, beneficiorum et officiorum, quae in Societate inferantur, ad Superiorem Generalem pertinet, qui vel per se vel per alios ea administrabit; et donec quisquam in Congregatione fuerit, annuos eorum fructus eidem Superiori percipiet.
4. Eidem Superiori sive Generali sive locali omnes presbyteri missarum etiam elemosynas tradent. Omnes vero, tam presbyteri, tam clerici, vel laici, omnes pecunias, quodcumque donum quibusque titulis ad eos perveniant, eidem committent.
5. Nullusquisque votis tenetur, nec a votis sive temporaneis sive perpetuis exsolvi poterit nisi per dispensationem Summi Pontificis, aut per dimissionem a Societate.
6. Nullusquisque maneat in vocatione ad quam vocatus est, usque ad vitae exitum. In mentem quotidie sibi revocet gravissima illa Domini Servatoris verba: Nemo mittens manum ad aratum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.
7. Percontanda, si quis a Societate egredietur nihil sibi ob tempus, quod in ea transiegit poterit adrogare. Recuperabit autem plenum jus de rebus immobilibus atque etiam de mobilibus, quarum proprietatem ab ingressu in Societatem sibi reservaverit. Ut nullum fructum, neque eorum administrationis rationem exposcere poterit pro tempore quo in Societate permanserit.
8. Qui affert pecuniam, mobilia, vel alia cujuscunque generis in Societatem animo proprietatem servandi, debet iudicem eorumdem Superiori tradere, qui, rebus omnibus recognitis, ei chartam receptionis dabit. Cum autem velit socius res recuperare, quae usu consumuntur, eas recipiet eo statu, in quo tunc temporis erunt, quin possit compensationem repetere.

### III.

#### De Voto Obedientiae.

1. Propheta David Deum evixit orabat, ut illum doceret ejus voluntati obsequi. Servator Dominus certis nos fecit

se huc in terras descendisse, non ut faceret voluntatem suam, sed voluntatem Patris sui, qui in caelis est. Hinc spectat obedientiae votum, scilicet, ut certiores efficiamur nos Sanctae Dei voluntati obtemperantes.

2. Quapropter unusquisque proprio Superiori obediat, illumque in omnibus veluti patrem peramanter habeat, eique pareat integre, prompte, hilari animo et devotissime; ea animi persuasione ductus, in re praescripta ipsam Dei voluntatem patefieri.
3. Nemo anxietate petendi vel recusandi afficiatur. Si quis autem cognosceret quidpiam sibi vel nocere, vel necessarium esse, reverenter id Superiori exponat, cui maxime erit curae ejus necessitatibus consulere.
4. Maxima uniusquisque fiducia in Superiore sit, ideoque externam vitae rationem primarius praecipue Superioribus identidem reddere solus juvabit. Superioribus suis unusquisque externas contra constitutiones infidelitates nec non profectum in virtutibus simpliciter ac sponte aperiet, ut ab iis consilia et consolationes et si opus sit, convenientia monita accipiat.
5. Nemo, ne virtutis obedientiae merito privetur, resistendo pareat, neque verbis, neque factis, neque corde. Quo magis aliquid repugnat facienti, eo majori merito erit in conspectu Dei si illud perfecerit.

#### IV.

#### De Voto Paupertatis.

1. Votum paupertatis apud nos respicit cuiuscunque rei administrationem, non possessionem; ideoque

Professi in hac societate dominium radicale, ut ajunt, suorum bonorum retinere poterunt; sed his omnino interdicta est eorum administratio et reddituum erogatio atque usus. Debet propterea ante professionem cedere etiam private administrationem, usufructum, et usum quibus eis placuerit ac etiam suae societati, si ita pro eorum libere existimaverint. Huic vero cessionis apponi poterit conditio, quod sit quacumque revocabilis; sed Professi hoc jure revocandi in conscientia iuvicem uti poterit nisi auctoritate Apostolicae sedis placito. Haec omnia pariter observanda erunt quoad bona quae post professionem titulo haereditario eis obtulerint.

2. Poterunt vero de dominio sive per testamentum, sive de licentia tamen Rectoris Majoris, per actus inter vivos libere disponere; quo ultimo eveniente casu, cessabit concessio ab eis facta quoad administrationem, usufructum, et usum, nisi eam concessionem tempore eis benevisis firmam voluerint, non obstante cessione domini.
3. Professi autem vetitam non sit ea proprietatis acta peragere de licentia Rectoris Majoris, quae a legibus praescribitur.
4. Quicquid Professi sua industria vel intuitu societatis adquisierint, non sibi adscribere aut referre poterunt: sed haec omnia inter communitalis bona refundenda sunt ad communem Societatis utilitatem.
5. Unusquisque hoc voto tenetur cellulam suam maxima simplicitate habere, et summpere viti, ut eorum virtute, non aedium parietes exornentur.
6. Nemo, sive intra sive extra Congregationem pecuniam apud se aut apud alios habeat quacumque de causa.
7. Quisque demum habeat animum ab omnibus terrestribus alienum; quod vita quoque versus communi re late ad victum et vestimentum consequi <sup>Socii</sup> curabunt, nec quippiam nisi peculiari Superioris permissione pro se retineant.

## De voto Castitatis.

1. Qui vitam in derelictis adolescentulis sublevandam impendit, certe totis viribus vitæ debet, ut omnibus virtutibus exornetur. At virtus summopere colenda, atque quotidie prae oculis habenda, virtus angelica, virtus prae caeteris cara filio Dei, virtus est castitatis.
2. Qui firmam spem non habet, se, Deo adiuvante, virtutem castitatis, tum dictis, tum factis, tum etiam cogitationibus posse servare, in hac societate non profiteatur; in periculo enim saepe numero versabitur.
3. Serba, oculorum oblatas, licet indifferentes perver-  
se interdum ab adolescentulis excipiuntur, qui humanis cupiditatibus jam fuerunt subacti.  
Quapropter maxima cura est adhibenda, quoties sermo cum adolescentulis instituitur cujuslibet aetatis, aut conditionis, vel quidpiam cum illis agitur.
4. Conversationes defugiantur cum secularibus, ubi haec virtus periclitari videatur, maxime autem cum personis alterius sexus.
5. Nemo se conferat vnum apud notes, vel amicos absque consensu Superioris, qui, quoties fieri possit, comitem ei adiungat.
6. Ut castitatis virtus diligentissime custodiatur, haec potissimum sunt agenda. Scilicet ut quisque sancte ad poenitentiae et Eucharistiae sacramenta saepe accedat; consilia confessorii sedulo exequatur; otium defugiat; omnes corporis sensus coërceat, et moderetur; frequenter Jesum in sacramento invisendum adeat; crebras jaculatorias preces fundat ad Mariam SS., sanctum Franciscum Salesium, sanctum

Mloysium Fouzagam, qui sunt hujus Societatis praecipui patroni.

## VI.

### Religiosum Societatis Regimen.

1. Socii arbitrium et Supremum Superiorem habebunt Pontificem Maximum, cui omnibus in locis, temporibus et dispositionibus suis humiliter et reverenter subiciantur. Quin imo praecipua erit cujusque socii sollicitudo totis viribus promovendi ac defendendi auctoritatem et observantiam Ecclesiae Catholicae legum, ejusque Supremi Pontificis, et hic in terris legislatoris et Jesu Christi Vicarii.
2. Quolibet triennio Rector Major relationem status Societatis ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium transmittet, quae relatio complectetur tam numerum Domorum, et Sociorum, quam Constitutionum observantiam et quae respiciunt administrationem oeconomiam.
3. Capitulum Generale ordinarie habebitur singulis trienniis ad pertractandas res majoris momenti quae ad Societatem spectant et ad eas sollicitudines adhibendas quae tum Societatis necessitates, tum tempora et loca requirunt.
4. Capitulum ut supra convocatum poterit etiam, si vera necessitas exigat eos articulos proponere Constitutionibus addendos vel immutandos quos magis opportunos judicabit ita tamen ut semper et omnino respondeant sensui et rationi quibus ipsae Constitutiones probatae sunt. Hujusmodi autem articuli postquam absoluta suffragiorum pluralitate accepti fuerint nunquam habebunt vim obligandi nisi prius S. Sedis approbationem obtulerint.



5. Acta omnia Capitulorum Generalium ad Sacram Episcoporum et Regularium Congregationem mittenda erunt pro approbatione.
6. Subjicientur Socii Episcopo illius Diocesis in qua domus est juxta Sacrorum Canonum praescripta, salvo Societatis Instituto, sive iis de quibus loquuntur Constitutiones ab Apostolica sede approbatae.
7. Omnes Socii strenuam operam dabunt, ut Episcopo Diocesis auxilium praebant, ac quantum licebit, Societatis jura illius bonum sedulo promoveant, praesertim si agatur de pauperioribus adolescentulis instituendis.

## VII.

### Internum Societatis Regimen.

1. Quod ad internum attinet, tota Societas Capitulo superiori subiecitur, quod ex Rectore, Praefecto, oeconomio, spirituali Directore seu Catechista, et tribus consiliariis constat.
2. Rector Major totius Societatis moderator est; ipse in quacumque Societatis domo domicilium eligere potest. Omnia quae respiciunt officia, personas, res mobiles aut immobiles, spiritualia vel temporalia ei subiciuntur. Proinde Rectoris munus est socios in Societatem admittere vel non; unicuique assignare quae spectant sive ad spiritualia, sive ad temporalia, quae per se aut per delegationem praestare poterit. At nulla quod ad res immobiles spectat, emendi, vel vendendi ei erit facultas absque superioris Capituli consensu.
3. Quoad alienationes bonorum Societatis et debita ab ea contrahenda servantur de jure servanda juxta S. Canones, et Constitutiones Apostolicas.

4. Nemo, exceptis Capitulo Superiore et domorum  
directoribus, potest epistolas scribere vel accipere sine Superiorij  
permissione vel alterius socii ab eodem ad hoc specialiter  
delegati.

Peruntamen omnes socii possunt epistolas vel alia  
scripta ad Sacram Sedem et ad Superiorem Generalem  
mittere inconsultis superioribus loci, in quo ipsi com-  
morantur. Hisdem autem superioribus talia scripta  
invisere nunquam licebit.

5. Rector Major in munere suo ad duodecim annos  
manebit, et iterum eligi poterit. Sed haec reelectio  
erit semper a Sacra Sede confirmanda.

6. Mortuo Rectore Praefectus illius vicem geret donec  
successor ei creatus sit; at nullam ipse poterit neque  
Disciplinae neque administrationi mutationem afferre,  
quo tempore Societatem geret.

7. Mortuo Rectore, statim Praefectus illius mortem an-  
nuntiet omnium Domuum Directoribus qui statim  
curabunt ut suffragia quae a Constitutionibus praescripta  
sunt persolvantur. Deinde eosdem Directores invitet ut  
successoris electioni interesse satagant.

8. At si forte contingat quod Deus avertat, ut Rector  
Major gravissime officia sua negligat, Praefectus vel  
quisque de superiore Capitulo, una cum aliis membris  
jussidem Capitali poterit Rectorem efficaciter admonere.  
Quod si non sufficiat, Capitulum de hac re Sacram  
Episcoporum et Regularium Congregationem certio-  
rem faciat, cujus auctoritate Rector Major deponi poterit.

## VIII.

### De Rectoris Majoris electione.

1. Ut quis Rector Major seu generalis Superior  
eligi possit, oportet ut saltem decem annos

in societate transegerit, trigesimum quintum suae aetatis  
expleverit, socii virtutis strictimonia, dexteritate et pru-  
dentia in expediendis societatis negotiis praefulerit,  
et in perpetuum professus sit.

2. Duplici ex causa Rectoris Majoris electio fieri  
continget, videlicet vel ob finitum duodecim an-  
norum munus aut ob Rectoris mortem.
3. Si Rector Major eligendus est, eo quod duode-  
cim annos in munere transegerit electio sic est  
facienda. Ipsemet Rector Major tres menses  
antequam sui officii tempus labatur, Capitulum  
superius convocabit, eique sui muneris finem  
imminere palam faciet. Hujus rei notitiam  
transmittet Directoribus cujusque Domus, eisque  
sociis omnibus, qui secundum constitutiones suf-  
fragium dare poterunt. Dum autem finis sui  
muneris diem significabit, aliam statuet diem  
ad sui successoris electionem perficiendam. Eodem  
tempore pietatis opera aspernabit ad superna  
lumina obtinenda clare et distincte omnes  
commones de stricta singulorum obligatione  
suum dandi suffragium illi, quem ad Dei glo-  
riam utilitatemque animarum in societate  
promovendam magis idoneum in Domino  
judicaverint. Tempus vero electionis peragenda  
quindecim dierum spatium a fine muneris sui  
excedere non debet.
4. A die, quo suum munus explevit, usque ad  
peractam ejusdem successoris electionem Rector  
Major veluti Praefectus perget in societatis regi-  
mine et administratione eadem auctoritate  
qua pollet Praefectus in morte Rectoris donec ejus  
successor in munere suo reapse sit constitutus.
5. In electione Rectoris Majoris suffragium dabunt

Capitulum Superius, Directores cuiusque Domus una cum socio a professoris ejusdem Domus electo, quatenus singuli vota perpetua jam emiserint.

Si quis ex quacumque causa proprium suffragium praestare non poterit ab aliis licite et valide electio fiet.

6. Majoris Rectoris electio sic fiet: Omnes electores, flexis genibus Antequam imaginem Domini nostri Jesu Christi Crucifixi, divinum auxilium invocabunt persolventes hymnum Veri Creator Spiritus etc. Quo finito, Praefectus fratribus una simul collectis causam patefaciet propter quam eos advocavit. Postea omnes socii professi atque praesentes scribent nomen illius, in cuius favorem suffragium edere intendunt, et schedulam sic exaratam ponent in vasculo ad hoc parato. Hinc peractis, secreto modo ab omnibus praesentibus eligentur tres scrutatores cum duobus secretariis. Qui votorum pluralitatem absolutam consecutus fuerit, erit Novus Rector, seu Superior Generalis.

7. Si autem ob Superioris Generalis mortem electio esset facienda, haec regula et ordo tenentur: Mortuo Rectore Majore, Praefectus illius mortis notitiam ad omnes Domorum Directores per scriptum transmittet, ut spiritualia suffragia secundum Constitutiones quam citissime pro defuncti anima fiant. Electio hujusmodi non ante tres, nec serius sex mensibus a Rectoris morte erit facienda. Ad hunc finem Praefectus Capitulum Superius congregabit, ejusdemque consensu opportuniorum statuet dies ad convocandos eos, qui electioni interesse debent, admonens de iis omnibus quae art. 3.<sup>o</sup> dicta sunt.

8. Suffragium autem ii dabunt, qui hoc jure polleant in electione Rectoris facienda sicut in articulo 5.<sup>o</sup> hujus capituli dictum est.

9. Qui pluralitatem absolutam votorum consecutus fuerit, erit Novus Superior Generalis, cui omnes societatis sodales obedire tenentur.

Peracta electione, Praefectus, ut novus Rector Major citius omnibus congregationis sociis innotescat, operam dabit. Quo facto, omnis superioris Generalis auctoritas in Praefecto finem habet.

## IX.

### De caeteris Superioribus.

1. Praefectus, spiritualis Director, Oeconomus et tres consilarii suffragiis eligentur a Rectore Majori et a sociis, qui cum jam vota perpetua emisissent ad Rectoris Majoris electionem partem habere poterunt. Ut eligi possint requiritur ut saltem quinque annos unusquisque in Societate permanserit, triginta quinque aetatis annos expleverit et vota perpetua emisisset.

Ne officium ipsis creditum detrimentum patiatur, extra domum in qua Rector Major commoratur residere ordinari non poterunt.

2. Quolibet sexennio fiet electio tum Praefecti, spiritualis Directoris, et Oeconomii, tum trium Consiliariorum.
3. Electio erit facienda prope solemnitatem s. marci Salerni occasione, qua Domorum Directores convocari solet. Tribus mensibus ante dictam solemnitatem Rector Major notum faciet omnibus domibus diem, qua omnes domus debent electionem peragere.
4. Itaque omnes Directores suae domus in perpetuum professo colligent et cum socio ab ipsis electo ad futuram electionem venient.
5. Die praefixa Capitulum Superioris cum Directoribus et omnibus sociis secum deductis suffragium et scrutinium publice facient. Ad hoc eliguntur tres scrutatores cum duobus secretariis.

Qui suffragiorum pluralitatem absolutam obtinuerit,  
novum erit membrum Superioris Capituli.

Si vero alicujus domus Director aut socius ejus ob nimiam  
distantiam, vel alia rationabili causa ad hujusmodi  
electionem pervenire non poterit, electio valida et perfecta  
erit habenda.

6. Officia cujusque membri Superioris Capituli Rector, prout  
feret necessitas, distribuet.
7. Directori tamen Spirituali Novitiorum cura est specialiter  
demandata. Ipse enim una cum Novitiorum magistro  
strenuam operam dabit, ut ipsi illum charitatis et sol-  
licitudinis spiritum condiscant, atque perficiant, quo  
inflammari debet, qui omnem vitam suam ad anima-  
rum lucrum optat impendere.
8. Directoris quoque Spirituales est Rectorem reverenter  
admonere quoties gravem negligentiam perspiciat  
in Constitutionibus Congregationis exsequendis, vel  
earum observantiam in aliis promovendam neglexerit.
9. Praecipuum vero Directoris Spirituales officium in  
eo praesertim versatur, ut quidquid ad spirituale bonum  
conferre cognoscit Rectori patefaciat, qui prout magis  
in Domino expedire judicaverit providere curabit.
10. Praefectus, Rectore absente, illius vicem gerit in iis  
omnibus quae ad consuetum Societatis regimen spectant,  
vel quae peculiariter illi fuerunt demandatae.
11. Ipse rationem habebit exceptae et expensae pecuniae;  
notabit legata, alicujus momenti donationes in quam-  
cumque domum collatas et earum destinationem.  
Mobilium et immobilium facultatum fructus sub  
Praefecti custodia et responsione erunt.
12. Praefectus igitur est veluti centrum a quo totius  
Societatis administratio proficisci et ad quod referri  
debet. Praefectus vero Rectori subicitur, eique facti  
saltem semel in anno rationem reddet.

13. Oeconomus materiale totius societatis statum diriget. Ipse enim executioni mandabit emptiones, venditiones, aedificationes et alia similia; sed in causis judicialibus agere non poterit absque sanctae Sedis consensu. Eodem Oeconomi munere est consulere ut unicuique domui, quae necessaria sunt, suppeditentur.
14. Consilarii omnibus deliberationibus intersunt, quae ad acceptionem vel dimissionem vel votorum admissionem alicujus socii pertinent. Si agatur de aperienda nova domo; de alicujus domus Directore eligendo; de contractibus rerum immobilium emptionis aut venditionis; demum de rebus majoris momenti, quae ad rectum societatis generalem processum spectant. Si in suffragiorum secretorum numero quae vim deliberationis habent major pars favorabilium non habetur omnes de re agenda deliberationes Rector protrahet.
15. Unus de consiliariis ex delegatione Rectoris curam agat de rebus scholasticis totius societatis. Alii duo pro opportunitate vices gerent alicujus membri de Capitulo Superiore, qui vel ob infirmitatem vel aliam causam munere suo fungi nequeat.
16. Unusquisque ex superioribus, Rectore excepto, sex annos in munere suo manebit ac iterum eligi poterit. Si quis autem ex Capitulo Superiori morte vel quacumque causa cessaverit a proprio officio antequam sexennium adimpleverit, Rector Major ejus munus tradet cui melius in Domino judicaverit, sed tantum usque ad finem sexennii jam incepti a socio cessante.
17. Si opus fuerit, Rector Major eum Capitulo Superioris consensu constituet visitatores, eisdemque

curam quandam demandabit de certo domorum numero, quum earum distantia et numerus id postulaverit. Hujusmodi visitatores sive inspectores Rectoris Majoris vices gerent in domibus et negotiis eidem demandatis.

## X.

### De singulis domibus.

1. Si quando singulari divinae Providentiae favore aliqua domus sit aperienda, ante omnia Superior Generalis consensum obtineat ab Episcopo Diocesis, in qua domus aperienda sit.
2. Sed haec in re cautissime incedendum est, ne in domibus aperiendis, vel in administrationibus cujuscumque generis suscipiendis aliquid statuatur vel agatur contra Reges.
3. Si autem in societate aperienda sit domus pro educatione puerorum laicorum vel clericorum, qui grandioriam sint aetate, tunc non solum quod ad Internum ministerium spectat, sed omnis etiam Superiori Ecclesiae co-submissio praebebitur. In eligendo materia, quae tradi debeat, in libris adhibendis, in disciplina atque etiam in temporali administratione iis tenebitur, quae Rector Major cum Ordinario loci constituet.
4. Seminariorum Directio a societate accipi nequit sine expressa in singulis casibus apostolicae sedis venia.
5. Numerus Sociorum in novis domibus exigendis non sit minus sex. Superior cujuscumque domus a Capitulo superiore eligatur et Directoris nomen assumet. Quaeque domus bonas administrabit, quae vel dono data, vel in Societatem illata sunt, ut peculiari illi domui inserviant; at semper ratione a Superiore generali descripta.
6. Peculiares domos saltem semel in anno inviset Rector per se vel per visitatorem, ut diligenter inquireat,



in officia expleantur, quae Constitutiones societatis praescribunt; simulque animadverstat, an spirituum lium et temporalium administratio ad propositum finem reassse spectet, ut scilicet Dei gloria et animarum salus promoveantur.

7. Ad Directorem autem quod attinet, ita se in cunctis gerat, ut omni temporis momento eorum possit rationem reddere Deo et Superiori Rectori.
8. Praecipua est ejusdem Rectoris cura in recte quaque domo capitulum constituere, quod numero sociorum in ea habitantium congruat.
9. Ad hoc autem capitulum constituendum convenient Capitulum Superius et novae Domus Director.
10. Inter eligendos primus est Catechista, deinde Praefectus, et si opus fuerit etiam Oeconomus, tertio demum singuli Consiliarii, juxta sociorum numerum et ea quae in illa domo agenda sunt.
11. Quod si distantia tempora et loca suadeant quaedam esse excipienda in capitulo constituendo, vel in muneribus assignandis, omni ad id auctoritate Rector Major pollet, consentiente tamen Capitulo Superiore.
12. Director neque emere, neque vendere immobilia, neque nova aedificia erigere vel aedificata demoliri poterit, neque innovationes ulcui momenti perficere, nisi adsit Rectoris Majoris consensus. In administratione omnis processus spiritualis, scholasticus, materialis ad eum pertinet; ut in iis, quae majoris momenti sint, consultus erit capitulum suum convocare, nec quidpiam deliberare nisi illius consensus habeatur.

13. Catechista spiritualia quaeque illius Domus procurabit, sive relate ad socios, sive relate ad ceteros qui ad Congregationem non pertinent, ac quoties opus erit, Directorem admonere bit.
14. Praefectus Directoris vires gerit et praecipuum ipsius munus erit res temporales administrare, conditorum curam gerere supra alumnorum disciplinam attento oculo vigilare iuxta Constitutiones uniuscujusque Domus et consensus Directoris. Ipse paratus esse debet ad rationem de sua gestione reddendam Directori suo, quoties ab eo expostulabitur.
15. Oeconomus, ubi necesse sit, Praefectum adiuvabit in suis officiis, praesertim in executione temporalium negotiorum.
16. Consiliarii autem intersunt deliberationibus alicujus momenti et Directorem adiuvant in re scholastica et in iis omnibus, quae eis demandata erunt.
17. Unusquisque Director quotannis Rectori Majori spiritualis et temporalis administrationis suae Domus rationem reddere debet.

## XI.

### De acceptione.

1. Dix quispiam societatem ingredi petierit, requirantur de eo testimoniales litterae ordinariorum iuxta Decretum 25 Januarii 1848 in ipsius = Romani Pontificis = a Sacra Congregatione super Statu Regularium editam. Quod ad valetudinem attinet, talis sit, ut omnes societatis Constitutiones absque exceptione possit observare. # Rector autem major postulanti ad acceptionem admittet, si a capitulo superiori suffragiorum pluralitatem consecutus fuerit.
2. Pro admittendis novitiis qui statum clericalem suscipere debent, si aliqua irregularitate detineantur requiritur apostolicae sedis dispensatio.

# Ut laici in societatem recipi possint praeter alia, saltem fidei rudimenta calleant.

3. Post tempus probationis res erit apud capitulum ejusdem domus. Si saltem majorem suffragiorum partem obtinuerit de illo referetur Rectori Majori qui, habita Superioris Capituli sententia seum ad vota admittet vel per se vel per delegationem. Haec autem delegatio iterum remittenda erit Rectori Majori cum opportunis indicationibus, ut novus socius in catalogo societatis inscribatur.
4. In absentia Capituli Superioris ipse Rector Major, rationabili causa interveniente potest in Societatem recipere et ad vota admittere vel etiam dimittere ex societate in unamquamque domo; at hoc fieri poterit suffragante et praesente domus illius Capitulo. Hoc autem in casu Director illius domus, in qua acceptio vel dimissio facta est, rem nunciabit Capitulo superiori cum opportunis indicationibus, ut socius vel inscribatur in societatis catalogo, vel ab eo expungatur.
5. Quoad adaptionem sociorum eorumque votorum simplicium professionem serventur omnia a Decreto 28 Januarii 1848 = Regulari Disciplinae = 1. Congregationis super Statu Regularium praescripta.
6. Ut quisquam ad vota emittenda admittatur necesse erit ut primae et secundae probationis tirocinium exercuerit. At nemo ad votorum emissionem admittendus est, nisi sexdecim aetatis annos fuerit praetergressus.
7. Haec autem vota per triennium emittuntur. Tribus autem annis transactis, praevio Capituli consensu, cuilibet facultas dabitur ea ad aliud triennium repetendi, vel perpetua faciendi;

se videlicet per omnem vitam votis obligandi. Nemo tamen ad sacros ordines titulo Congregationis erit admittendus, nisi vota perpetua jam emiserit.

8. Societas Divina Providentia iunixa, quae nunquam deest sperantibus in ea omnia cuique necessaria providet, sive florente valetudine sive premente morbo. Eamen ergo illos tantam Societas devincit, qui jam votis sive temporaneis sive perpetuis se obligaverunt.

9. Omnibus attente duo potissimum cordi habenda sunt: 1. Attente caveat unusquisque, ne se habitudinibus cuiuscunque generis, rerum etiam indifferentium, devincere patiatur; 2. Cuiusque vestis, lectus et cellula munda sint et decentia; at omnes summo opere studeant affectationem et ambitionem devitare. Nihil magis sodalem religiosum exornat, quam vitae sanctitudo, qua caeteris in omnibus praeleceat.

10. Quisque paratus sit, ubi opus erit, aestum, frigora, sitim, famem, labores et contemptum tolerare, quoties haec conferant ad majorem Dei gloriam, spirituales aliorum utilitatem, suaeque animae salutem.

## XII. De Studio.

1. Presbyteri omnesque socii qui clericalem militiam petunt, studiis Philosophicis per biennium Ecclesiasticis vero saltem per quadriennium strenuam operam dabunt.

2. Praecipuum eorum studium totis viribus dirigetur ad Biblia sacra, ad Historiam Ecclesiasticam, ad Theologiam Dogmaticam, speculativam, moralem, necnon ad libros, vel tractationes, quae de juventute in religione instituenda ex professo pertractant.

3. Noster Magister erit divus Thomas et alii auctores qui in Catechesi et in doctrina catholica interpretanda celebriores communiter censentur.

4. Ad scientias tradendas tam philosophicas, tum  
 ecclesiasticas si institutores prae caeteris eligan-  
 tur sive socii sint sive externi qui vitae probita-  
 te, ingenio, ac doctrinae praestantia aliis prae-  
 cellunt.
5. Praeter quotidianas collationes quisque so-  
 cius contexere sataget seriem meditationum  
 atque instructionum primitus pro adolescentu-  
 lis, deinde pro omnibus Christi fidelibus accom-  
 modatam.
6. Cavendum sedulo est ne socii quamdiu in  
 studia incumbunt, a Constitutionibus praescripta  
 iis charitatis operibus, quae ad Societatem  
 Salesianam spectant nisi necessitas exigat,  
 operam ~~operam~~ <sup>cum</sup> naverit, quum id non <sup>in</sup> magna  
 studiorum jactura fieri possit.

### XIII.

#### Pietatis exercitia.

1. Vita activa, ad quam potissimum haec Congre-  
 gatio spectat, efficit, ut socii nequeant complu-  
 ribus pietatis exercitiis simul collecti operam  
 dare. Quae quidem omnia socii suppleant  
 bonis exemplis sibi invicem praelucendo, et  
 perfecte generalia Christiani officia adimplendo.
2. Singulis hebdomadis socii ad poenitentiae  
 sacramentum accedant apud Confessarios,  
 qui sint ab ordinario approbati et munus illud  
 erga socios exerceant cum Rectoris licentia.  
 Sacerdotes quotidie sacrum facient: Clerici vero  
 et sodales adiutores curent ut eidem sacrificio  
 quotidie intersint et saltem singulis diebus  
 festis, et quaque feria V ad sanctum Eucharis-  
 tiae sacramentum accedant. Compositus  
 corporis habitus, clara, religiosa et distincta

pronuntiatio verborum quae in divinis officiis continerentur; modestia, domi forisque in verbis, adspectu et inceptu, ita in sociis nostris praefulgere debent, ut his potissimum a caeteris distinguantur.

3. Singulis diebus unusquisque praeter orationes vocales saltem per dimidium horae orationi mentali vacabit nisi quisquam impediatur ob exercitium sacri ministerii; tunc majori, qua fieri poterit, frequentia eas per jaculatorias preces supplebit, majorique affectus vehementia Deo offeret opera quibus a constitutis pietatis exercitiis vincatur.
4. Quoque die de ipsa Immaculatae tercia Rosarii pars recitabitur, et spirituali lectioni per aliquod temporis spatium vacabitur.
5. Cujusque hebdomadae feria VI jejunium erit in honorem Passionis D. N. J. C.
6. Ultimo omnium mensium die, a temporalibus curis remotus, quantum fieri poterit, se quisque spiritu in se recipiet, et exercitio vacabit, quod ab bene moriendum fieri solet, spiritualia et temporalia componens, tamquam mundus illi esset relinquendus, et aeternitatis via adeunda.
7. Unusquisque quotannis per dies ferme decem vel saltem sex secedat ut pietati unice operam det; quibus transactis, criminum annuali confessione se rite abluet. Omnes, antequam in societatem cooptentur et priusquam vota emittant, per decem dies in exercitiis spiritualibus impendent, sequae generali confessione purgabunt.
8. Quoties divina Providentia socium, sive laicum, sive clericum, sive presbyterum ad vitam aeternam vocaverit, decem missae celebretur a sociis, ut animam mortui suffragiis adiuvetur. Cui presbyteri non sunt, semel saltem ad id Eucharistiam accipiant.
9. Quoties vero alicujus socii pater aut mater moriatur, tunc omnes presbyteri domus illius socii sacrum facient unius aut alterius animae expiandae; alique qui

Sacerdotes non sunt semel ad sacram Synaxim  
accedant.

10. Mortuo Rectori suffragabuntur omnes Congrega-  
tionis socii, idque: 1. Cuiquam grati animi  
pignus ob curas et labores quos in regenda so-  
cietate sustinuit; 2. Ut a poenis Purgatorii libe-  
retur, quae illi forsitan ob nostram causam  
perferendae erunt.
11. Singulis annis die immediata post festum  
sancti Francisci Salesii omnes Congregationis  
sacerdotes pro sociis defunctis missam celebra-  
bunt. Caeteri ad sacram Synaxim accedant,  
tertiam B. M. V. Rosarii partem una cum aliis  
precibus persolventes.

#### XIV.

### De Novitiorum Magistro eorumque regimine

1. Socius quicumque tria probationis studia factu-  
rus est, antequam absolute in societatem recipia-  
tur.  
Primum probationis stadium novitiatum  
praecedere debet, et appellatur aspirantium;  
secundum est novitiatum proprie dictum; tertium  
est tempus votorum triennialium.
2. Generalim prima probatio sufficiens censetur,  
quando postulans aliquot annos in aliqua ex  
societatis domo transegerit, vel publicas Congre-  
gationis scholas frequentaverit; ac eo temporis  
spatio sanctimonia et ingenio refulserit.
3. Si vero aliquis iam grandioris aetatis huic  
pio instituto adscribi postulaverit, et ad primam  
probationem fuerit receptus, statim spiritualibus  
exercitiis vacet, postea saltem per aliquos menses  
in variis Congregationis officiis exerceatur; adeo

ut cognoscat atque ad praxim traduat illud vivendi genus, quod amplecti desiderat. Eodem tempore Novitiorum magister, caeterique Superiores advertant, an postulans aptus sit ad Salesianam Congregationem.

4. Tempore primae probationis novitiorum magister, caeterique Superiores diligenter observare debent et quicquid in Domino bonum judicaverint Superiori Capitulo referant atque patefaciant.
5. Quoniam vero Nostrae Congregationis finis est juvenes praesertim pauperiores scientiam et religionem edocere, eosdemque inter saeculi pericula in viam salutis dirigere; ideo omnes hujus primae probationis tempore non leve experimentum facturi sunt de studio, de scholis diurnis et vespertinis, de catechesi pueris facienda, atque de assistentia in difficultioribus casibus praestanda.
6. Prima probatione feliciter peracta, atque socio in Congregationem recepto, statim Novitiorum magister arcendum intendat, nihilque de eo omittat quod ad Constitutionum observantiam conferre possit.
7. Rector Major de consensu caeterorum Superiorum perquiret quibus in domibus Novitiatus sint instituendi; illos autem erigere nunquam poterit absque licentia S. Congregationis Episcoporum et Regularium.
8. Locus unusquisque Novitiatus segregatus sit ab ea domi parte in qua degunt professi, habeatque tot cellulas ad dormiendum separatas quot erant numero Novitii, vel dormitorium ita capax ut pro singulis lectuli commode sterni possint, in quo cellula vel locus determinatus reperitur pro Magistro.
9. Novitiorum magister eligatur in Capitulo Generali, qui jam vota perpetua emisit, quique aetatem annorum triginta quinque expleverit et per decem annos in Societate permanserit. Si vitam obierit perdurante munere, Rector Major de consensu Capituli Superioris alium sufficiet usque ad futuri



Capituli Generalis celebrationem.

10. Novitiorum magister maximo studio adeo se amabilem mansuetum corde bonitatis plenus exhibeat, ut socii animum ei aperiant in omnibus, quae ad perfectionis incrementum prodesse possint: dirigat, instruat eos in Constitutionibus generaliter et specialiter in iis quae ad votum Castitatis, paupertatis et obedientiae spectant: similiter eos ratione undequaque exemplari quodquid ad Nostri Institutii pietatis exercitia pertinet, complere atque perficere satagat: Singulis praeterea hebdomadis collationem de catechesi et de iis quae ad Institutum referuntur teneat: Saltem semel in mensem singulos novitios peramanter advocet ad aperiendum animum suum ut monita salutaria recipiant.
11. In receptione Novitiorum omnia fideliter serventur quae statuuntur ab art. 1 et 5 praecedentis cap. XI.
12. Secundae probationis tempore sive Novitiales anno nullis operibus omnino Novitii vacent quae propria sunt Nostri Institutii ut viceintendant in virtutum profectum, ac animi perfectionem pro vocatione qua sunt vocati a Deo. Poterunt tamen festis diebus in propria domo de catechesi pueros instruere sub Magistri dependentia ac vigilantia.
13. Elapso Novitiales anno si socius in omnibus majorem Dei gloriam bonumque Congregationis se curaturum ostenderit, atque inter pietatis exercitia bonorum operum exemplum seipsum praebuerit, annus secundae probationis expletus erit censendus; aliter in aliquot menses vel etiam in annum differatur.

14. Novitiatu expleto, atque socio in Congregatione recepto, habito Magistri Novitiorum iudicio, Majus Capitulum ad vota triennialia remittenda socium admittere potest. Praxis triennialium votorum tertiam probationem constituit.
15. Hoc temporis spatium socius mitti potest in quamcumque Congregationis domum dummodo ibi studia vigeant. Eius temporis Director illius domus de novo socio curam geret veluti Novitiatus Magister.
16. Eoto huiusmodi experimentorum tempore Novitiorum Magister vel respective Director domus sensuum externorum mortificationem praecipue sobrietatem instanter commendare atque dulciter inserere curabit. Quia tamen in re summa prudentia incidendum est, ne corporis vires nimium debilitentur et ad voti instituti ministeria minus apti socii reddantur.
17. Tribus his probationibus laudabiliter expletis, si socius perpetuo in Congregatione permansurum in animo reapse habuerit, compos fieri atque a Superiore Capitulo ad voto perpetua admitti poterit.

## XV.

### De Vestimento.

1. Vestimentum quo utuntur socii varium erit, prout variae erunt regiones, in quibus illi commorantur.
2. Sacerdotes longam vestem induent, nisi iter, vel alio iusta ratio aliter poseat.
3. Socii adiutores nigro vestimento, quantum fieri poterit, induentur. Ut saecularium novitates evitare unusquisque contendat.

# Formula votorum.

Antequam socius vota proferat exercitiis spiritualibus per decem dies vacabit, quae huc praesertim spectabunt, ut quisque quo Deus illum vocet, attente consideret, simulque materiam votorum edoceatur, quae proferre velit, ubi certe cognoscat hanc esse Dei voluntatem. Peractis spiritualibus exercitiis, Capitulum habebitur, ac, si fieri potest, omnes illius domus socii convocabuntur.

Rector vel qui vices gerit ex ejus delegatione superpelliceo et stola indutus una cum sociis omnibus genua submittet. Deinde omnes simul spiritus Sancti lumina invocabunt alterna voce recitantes hymnum Dei, Creator spiritus etc.

R. Emitte Spiritum etc.

R. Etrenovabis etc.

## Oremus

Deus qui corda fidelium etc.

Letitiae Beatae Virginis cum verpulis Ora pro nobis etc. et cum Oremus: Concede nos etc.

## In honorem s. Francisci Salesii.

Pater, Ave, Gloria.

R. Ora pro nobis, beate Francisce.

R. Ut digni efficiamur etc.

## Oremus.

Deus qui ad animarum salutem etc.

Deinde socius, ut si plures sint, singuli, flexis genibus coram Rectore vel Domus Directore ab eo delegando inter duos professo positi, clara et intelligibili voce hanc votorum formulam proferet:

« In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Patris, Filii et Spiritus Sancti.

« Ego N. N. coram Te Omnipotens et Semperiterna Deus licet conspectu tuo indignus tamen Summae Bonitatis, et infinitae Misericordiae confisus coram Beatissima Virgine Maria sine labe originali concepta, Sancto Francisco Salezio, omnibusque sanctis Coelorum facio votum Paupertatis, Castitatis et obedientiae Deo et tibi N. N. Nostae Societatis Superior, vel tibi ejusdem Superioris vices gerens, ad tres annos vel in perpetuum, juxta Constitutiones Societatis S. Francisci Salezii.»

Omnes respondent: Amen. Deinde novus socius nomen suum in libro notabit, ubi hanc schedulam subscribet:

« Ego infrascriptus N. N. legi ac intellexi Societatis Sancti Francisci Salezii Constitutiones, et promitto me secundum votorum formulam nunc protatam eas constanti animo observaturum.

« Augustae Taurinorum vel etc. anno etc.

« N. N. .... »

Hisce peractis, recitabitur Te Deum alternis vocibus, quo facto, si Rector ad rem existimabit brevem addidit moralem exhortationem habebit, quibus omnibus finem afferet psalmus: Laudate Dominum Omnes gentes etc.

# Conclusio

Præsentibus Constitutionibus declarat Societas pro  
animarum quiete non obligare per se sub pec-  
cato nec mortali nec veniali; ideoque si quis  
illas transgrediendo sit reus coram Deo, id non ex  
ipsis Constitutionibus directe provenire, sed vel ex  
præceptis Dei aut Ecclesie vel ex votis, vel denique  
ex circumstantiis quæ huic violationi adiungeren-  
tur, scilicet scandalo, contemptu, et similibus.

---

## Decretum.

---

Humilis Dominus Noster Pius Papa Nonus in  
Audientia habita ab infrascripto S. Secretario  
S. Congregationis Episcoporum et Regularium  
sub die 3. Aprilis 1878. Feria VI. in Parasceve, at-  
tentis literis commendatis, Antistitem Loco-  
rum in quibus piæ Societatis Presbyterorum a  
S. Francisco Salesio nuncupatæ domus extant, ubi-  
ribusque fructibus quos ipsa in vinea Domini protu-  
lit, suprascriptas Constitutiones, prout in hoc ex-  
emplari continentur, cuius Autographum in  
Archivio hujus S. Congregationis asservatur, ap-  
probavit et confirmavit, prout præsentis

Secreti tenore, approbat atque confirmat,  
salva Ordinariam jurisdictionem, ad praescri-  
ptum Sacrorum Canonum, et Apostolicarum  
Constitutionum. Datum Romae ex Secretaria  
memoratae S. Congregationis Episcoporum et  
Regularium die 13. Aprilis 1874.

a. Card. Bizzari Praef.



SACRA CONGREG. EPISCOP. ET REGULAR.  
PRO TAXI LIBELLAE Decem =  
PRO REFORMAT. VEL COPIA PRECUM  
LIBELLAE = = =  
PRO AGENTIA LIBELLAE Sex

191317

S. Antiepus Selenica. Scim

ARCHIVIO SALESIANO  
CENTRALE

D4730106